

professionem religiosam, vel per contractum matrimonii, vel per commissionem criminis (v. gr., hæresis, schismatis, sodomiae sæpius exercitæ), cui amissio beneficii ipso facto est annexa, ut videtur apud Les., lib. 2, cap. 34, dub. 34; 3.º, per sententiam iudicis; 4.º, per liberam resignationem, de qua

»134. Resp. 2.º Resignatio est spontanea proprii beneficii dimissio, facta coram legitimo superiore id acceptante. Estque duplex, scilicet, tacita quæ fit ex juris dispositione; ut dum religionem profitetur: et expressa, quæ rursus est duplex, scilicet, pura, quæ fit sine conditione et pacto apposito coram Ordinario, qui beneficium cuilibet alteri conferre potest: et conditionata seu in favorem, eaque vel est simplex in favorem, ut quando fit absque reservatione; vel est qualificata, quando, scilicet, fit reservato sibi jure regressus, vel pensione, vel fructibus aliquibus, quæ, ob simoniam juris humani, non nisi in Pontificis manibus fieri potest. Et quamvis verius sit etiam resignationem simplicem in Pontificis manibus faciendam, cum alioqui periculum sit ne beneficiorum resignationes speciem quamdam hæreditariæ successionis acquirant, quod jura canonica detestantur, probabile tamen est in manu Ordinarii fieri posse, eo quod permutatio in ejus manibus fieri possit.» Lo que sigue entre paréntesis es de San Ligorio. (Sed omnino contradicunt Salmant., *De simonia*, cap. 3, num. 52, cum communi. Vide dicta *De simon.*, lib. 3, num. 81.) «Idque a fortiori verum est, si fiat sine modo obligatorio, quamvis addita deprecatione ut personæ certæ conferatur. Idque observari potest ubi non est recepta bulla Pii V quamlibet personæ successuræ designationem prohibens, quam citat Layman hic, cap. 17.

3645. »Porro, ut resignatio conditionata valida sit, requiritur 1.º, ut beneficium sit resignantis, cum re-

signatio sit juris sui dimissio; 2.º, ut fiat libere; 3.º, ut fiat in manibus ejus qui potestmittere, scilicet, Pontificis, Ordinarii, collatoris, vel institutoris, juxta dicta; 4.º, ut acceptetur a prælato in cujus manibus fit, quia sine acceptatione jus suum resignans non perdit; 5.º, ut conferatur illi in cujus favorem cum clausula consueta *non aliter nec alias* est resignatum; 6.º, ut is cui confertur, acceptet; alias enim resignans non perdit beneficium, propter clausulam *non aliter*; 7.º, requiritur consensus patroni vel electorum, prout beneficium est patronatum, vel electivum; 8.º, si resignans sit infirmus, ut a resignatione supervivat viginti dies, alias enim per obitum vacare censebitur; 9.º, ut si resignatio fiat in Curia romana, intra sex menses a supplicatione oblata computandos in loco beneficii publicetur, sin autem extra Curiam, intra mensem: alioqui, si contigat resignantem mori antequam resignatarius ceperit possessionem, beneficium vacare censebitur: Lesius et Laym., cap. 17.

3646. »135. Resp. 3.º Permutatio beneficiorum, quæ est quædam species conditionalis resignationis, fit, cum duo beneficiati unum, vel plura sua beneficia Pontifici non reservata in manus Ordinarii alteriusve episcopali auctoritate præditi resignant cum conditione ut postea vicissim alteri alterius beneficium conferat. Quod quandoque Episcopus instituire potest, si necessitas ita exigat, vocatis tamen iis quorum interest, scilicet, patrono et collatore inferiore. Ad hanc autem omnia requiruntur quæ ad resignationem in favorem. Vide Les., cap. 31, dub. 35 et 36; Laym., cap. 17; Bon., *De simon.*, disp. 1, q. 4, § 12.

»Quæres 1.º An licitæ sint permutationes coram Ordinariis in mensibus reservatis per Concordata Germaniæ? Resp. Affirmative, quia per reservationem Concordatorum non

censetur Pontifex voluisse conditionem Ordinariorum Germaniæ detriorem facere quam Episcoporum extra Germaniam, coram quibus id simpliciter licet.

»Quæres 2.º An licitum sit permutare beneficia, compensata fructuum æqualitate?

»Resp. 1.º Non licere, si beneficium copiosius, non separatim proventibus a titulo, permutetur cum tenui. Ratio est, quia excessus ille, eo ipso quod manet annexus titulo, est debitus titulo, ideoque pro eo nihil exigi potest, quin etiam exigatur pro titulo.

»Resp. 2.º Posse peti compensationem ob hujusmodi permutationem a Pontifice pro incommodo temporali quod alter subit, spoliando se proventibus sui beneficii; ideoque talis compensatio non est pretium beneficii aut proventuum annexorum, sed conditio ut se indemnem servet, sine qua conditione nollet se spoliare.

»Resp. 3.º Jura proventuum posse separari a titulis, et primo nudos titulos; deinde alio contractu jura proventuum, utpote temporalia, permutari, compensato excessu opulentioris; idque auctoritate solius Papæ. Vide Les., loc. cit.; Bonac., loc. cit., § 12, num. 11.

»Quæres 3.º An licite permutetur beneficium hac lege, ut expensæ litis vel bullarum refundantur per recipientem? Resp. Videri permutationem simoniacam, si impensæ sint causa impulsiva permutationis, sine qua actus non fuerit futurus. Idem de simili resignatione affirmarem. Les., loc. cit.; Bonac., loc. cit., num. 6.»

CAPUT VI

QUID ET QUOTUPLEX SIT PENSIO?

3647. 137. Quid et quotuplex pensio?

138. A quo et quanta possit pensio designari?

139. An pensionarius possit de illa libere disponere?

137. «Resp. Pensio est jus percipiendi fructus ex alieno beneficio. Estque triplex: 1.º *Temporalis*, quæ datur propter ministerium temporale; v. gr.: cantori, ædituo, patrono, et defensori ecclesiæ. 2.º *Spiritualis*, quæ fundatur in titulo mere spirituali, ut quæ datur concionatori, coadjutori Episcopi, parochi, etc. 3.º *Media*, quæ fundatur in statu spirituali, non tamen officio spirituali; ut quæ datur clerico pauperi vel parochi seni ad sustentationem, vel quæ datur causa resignationis et litis componendæ. Duæ posteriores dicuntur clericales, quia clericis; prima laicalis, quia laicis tantum datur.

138. »Porro circa pensiones Laym. (cap. 18) et Les. docent hæc. 1. Etsi eam designare proprium sit Papæ, id tamen etiam Episcopum posse in causis specialibus et necessariis; v. gr.: propter paupertatem et senium resignantis, vel litis compositionem, vel propter adæquandos fructus in permutatione beneficiorum.—2. Debere esse moderatam, ita ut beneficiato relinquatur sufficiens sustentatio; talis autem plerumque censetur tertia pars fructuum (cum Salmant., *De benef.*, cap. unic., num. 46.)—3. Ad pensionem non requiri consensum patroni, ut quidam volunt, quia id nullo jure statutum est, neque ullum fit præjudicium per impositionem pensionis, cum is fructus non percipiat ex beneficio, sed tantum habeat jus instituendi et præsentandi, quod ei non adimitur.—4. Pensionarius post constitutionem Pii V, ubi ea est recepta, tenetur recitare Officium Beatæ Virginis, nec facit fructus suos si omittat.» Lo que sigue entre paréntesis es de San Ligorio. (Intelligitur de pensione quam quis ut clericus percipit. Vide Salmant., *De benef.*, num. 64. Item ad tale onus non obligantur qui dicunt Officium majus, vel qui fiunt equites Ordinis

militaris, cum satisfaciunt recitando preces a religione præceptas: ita Azor., Pal., Bon., Led. cum Salmant., loc. cit., et *De Hor. can.*, cap. 2, num. 28).—5. «Pensionem extinguere morte pensionarii, sicut usufructus morte usufructuarii. Posset tamen Papa facere perpetuam, ex plenitudine potestatis. De venditione pensionis, vide Laym., cap. 18; et Les., lib. 2, cap. 25, dub. 22; Bonac., loc. cit., § 13.»

3648. «139. *Queritur*: an pensionarius possit de redditibus pensionis pro libito disponere? Affirmant Vazquez, Azor., Covarrub., etc., apud Salmant., *De benef.*, cap. unic., num. 63. Quia pensio, ut dicunt,

est portio jam extracta ex fructibus beneficii. Et pro hac sententia adest decisio Rotæ Romanæ, quam affert Azor. (part. 2, lib. 7, cap. 9, q. 12), in qua definitum fuit *pensiones decursas et non solutas non computari inter spolia* (sicut computantur fructus beneficiorum), *sed transire ad hæredes; quia pensio non est beneficium, sed consistit in mera temporalitate*. Negant vero Navar., Molina, Garcia, quia pensio eisdem regulis beneficiorum metiri debet, cum illis æquiparetur. Verum Salmant., ibid., distinguunt; et affirmant de pensione laicali, negant de ecclesiastica. Hæ tres sententiæ omnes sunt probabiles. Vide lib. 3, num. 491, *quer.* 4.»

TRATADO TERCERO

Del estado religioso.

Aunque trato del estado religioso con bastante extensión en este lugar, como la materia se presta á innumerables cuestiones, el que no se satisfaga con lo que aquí digo, puede acudir á la segunda parte de la incomparable *Suma Teológica* de Santo Tomás, cuestión 186 y siguientes; á Billuart (*De statu religioso*); á los Salmaticenses, en su *Teología Moral*, tract. XV; al Compendio Salmaticense, tract. XXXVIII; á Bouix, *De Jure Regularium*, sect. 1.^a, y á otros autores que tratan difusamente de esta materia.

El conocimiento del estado religioso y de las innumerables importantísimas cuestiones que en él se tratan, interesa no sólo á los regulares, sino también á los confesores seculares, especialmente para confesar monjas y religiosos exclaustros, ó para dar consejo prudente á los jóvenes que lo pidan sobre esta materia.

CAPÍTULO PRIMERO

ARTÍCULO PRIMERO

Definición del estado religioso, y explicación de ella.

3649. *P.* ¿Cómo se define el estado religioso?

R. «Via aptius perveniendi ad perfectionem evangelicam per tria vota perpetua obedientiæ, castitatis et paupertatis, in religione approbata.»

Para que una cosa se pueda llamar con propiedad estado, se requiere que por su naturaleza tenga alguna firmeza y perpetuidad; y así, con razón los que abrazan este modo de vivir, abrazan un nuevo estado, porque se consagran permanentemente al servicio, obsequio y culto de Dios; y se dice religioso, porque se ocupan pe-

rennemente en los actos que pertenecen á la virtud de la religión.

El estado religioso debe comprender estos tres votos *perpetuos*; porque si fueran temporales, la persona podría retroceder fácilmente de este modo de vivir, y así no sería propiamente estado, que exige firmeza, como queda dicho; y por esto no están con rigor en estado religioso los Filipenses, las Hermanas de la Caridad y otras congregaciones semejantes.

3650. *P.* ¿Es preciso que sean solemnes los tres votos de obediencia, pobreza y castidad, para que la persona que los hace se halle propiamente en estado religioso?

R. Aunque antiguamente, dice Billuart, «requirebatur ad statum religiosum quod tria vota essent solemnia, id est, quod esset totalis et perpetua traditio ex parte voventis, et similiter perpetua acceptatio ex parte superioris, seu religionis; jure tamen novo sufficiunt vota simplicia. Declaravit enim Gregorius XIII, in bulla *Ascendente Domino* vota emissa a scholaribus Societatis Jesu post biennium probationis esse simplicia (quia acceptatio ex parte Societatis non est absoluta et perpetua, sed potest professum dimittere), et tamen eos esse vere religiosos.»

En tiempo de Santo Tomás no se consideraba como verdadero religioso el que tan sólo tenía votos simples; y por esto dijo el Angélico Maestro (2.^a 2.^æ, q. 189, art. 2 ad 1.^{um}): «Duplex est religionis votum; unum solemne, quod hominem facit monachum; aliud est votum simplex, ex quo aliquis non fit monachus, vel religiosus.»

3651. *P.* ¿Por qué se necesitan y bastan los tres votos perpetuos para el estado religioso?

R. He aquí cómo lo prueba Billuart, compendiando y explicando con claridad lo que dice Santo Tomás en la 2.^a 2.^æ, q. 186: «Tria vota

paupertatis, continentia, et obedientia sunt essentialia statui religioso. Probatur. Status religiosus potest considerari tripliciter: 1.^o, secundum quod est exercitium tendendi ad perfectionem charitatis; 2.^o, secundum quod est portus et statio quædam quietans animum a sollicitudinibus sæcularibus; 3.^o, secundum quod est perfectissimum sacrificium, scilicet, holocaustum, per quod aliquis totaliter se et sua offert Deo; atqui status religiosus secundum hanc triplicem considerationem exigit essentialiter tria vota assignata; ergo, etc.

»Probatur 1.^a pars minoris. Ad exercitium perfectionis requiritur quod aliquis a se removeat illa per quæ possit impediri, ne totaliter ejus affectus tendat in Deum, in quo consistit perfectio charitatis; atqui hujusmodi sunt tria; primum cupiditas exteriorum bonorum, quæ tollitur per votum paupertatis; secundum concupiscentia sensibillum delectationum, inter quas præcellunt delectationes venereæ, quæ excluduntur per votum castitatis; tertium inordinatio voluntatis humanæ, quæ excluditur per votum obedientiæ; ergo, etc. Hæc autem tria impedimenta designavit Sanctus Joannes 1.^a Epist., cap. 2, his verbis: *Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum, et superbia vitæ.*

»Probatur 2.^a pars minoris. Sollicitudinis sæcularis inquietudo præcipue ingeritur homini circa tria: 1.^o, circa dispensationem rerum exteriorum, et hæc sollicitudo per votum paupertatis homini aufertur; 2.^o, circa gubernationem uxorum et liberorum, quæ amputatur per votum continentia; 3.^o, circa dispensationem propriorum actuum, quæ tollitur per votum obedientiæ, quo aliquis sese alterius dispositioni committit; ergo, etc.

»Probatur 3.^a pars minoris. Holocaustum est, cum aliquis *totum* quod habet offert Deo; atqui homo habet